Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uoces aduersariorum meorum.
Quid reddit pro bono malum?
Quia foderunt foueam animae
meae. Recordare quod steterim in con
spectu tuo: vt loquerer pro eis bonum
et auertere indignationem tuam
ab eis. Propterea da filios eorum
in fame: et deduc eos in manus
gladij. Fiant vxores eorum absque
liberis et viduae: et viri earum in
terficiantur morte. Iuuenes eorum
interfecti sint gladio in proelio. Au
diatur clamor de domibus eorum.
Adducas eum super eos latronem
repentinum: quia foderunt foueam vt
caperent me et laqueos abscondi
erunt pedibus meis. Tu autem
domine scis omne consilium eorum adu
versum me in morte. Ne propitieris
iniquitati eorum: et peccatum eorum a fa
cie tua non deleatur. Fiant con
tristantes in conspectu tuo: in tempo
ris tui date eis domine.

Iohannis.

In illo tempore. Dixit iudeis dominus. Amen
amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis et bi
beritis eius sanguinem non habebitis
vitam in vobis. Qui manducat carnem meam et bibit san
guinem meum habet vitam aeternam.
Et ego resuscitabo eum in nouissimo
die. Caro enim mea vere est cibus: et sanguis meus
vere est potus. Qui manducat
carnem meam et bibit meum
sanguinem: in me manet et
ego in illo. Sicut misit me
viuens pater: et ego viuo propter
patrem. Et qui manducat me:
et ipse viuet propter me. Hic est pa
nis qui de celo descendit: non
sicut manducauerunt patres
vestri manna. et mortui sunt.
Qui manducat hunc panem:
viuet in eternum. Hec dixit
in synagoga: docens in ca
pharnaum. Multi ergo audien
tes ex discipulis eius dixerunt.
Durus est hic sermo: et quis
potest eum audire. Sciens autem ihs
apud semetipsum: quia murmu
rarent de hoc discipuli eius:
dixit eis. Hoc vos scandali
zat. Si ergo videritis filium
hominis ascendentem vbi erat
prius est quod viuificat. caro non
prodest quidquam. Verba quae ego
loquutus sum vobis: spiritus et vita sunt.
Sed sunt quidam ex vobis qui non cre
dunt. Sciebat enim ab initio
ihs qui essent non credentes et
quis traditurus esset eum: et di
cebat. Propterea dixi vobis: quia
nemo potest venire ad me nisi
fuerit ei datum a patre meo. Ex
hoc multi discipulorum eius
abierunt retro: et iam non cum illo
ambulabant. Dixit ergo ihs ad
duodecim. Numquid et vos vul
tis abire. Respondit ergo ei simon